UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

24. Etiam inimicis benefacere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

Signvm XXIII.

*Etiam inimicis beneface-
re.*

1. S. *Stephanus* Diaconus pro illis à quibus fal- *Act. 7.*
ſo accuſatus, iniquè damnatus, crudeliter lapidum ictibus impetebatur, genibus prouolutis orauit, ne ipſis hoc ad peccatum imputaretur, quod ſibi cedere ſciebat ad gloriam.

2. *Iacobum Apoſtolum* Alphæi filium, cum de *Euſeb. li. 2.*
pinna templi lapidum ictibus deturbaretur, ac *c. 23.*
deturbatus fullonis fuſte cæderetur, oraſſe accepimus, vt illis ignoſceretur à quib. iniuſte ne-
batur.

3. Venuſtianus Tuſciæ præſes *Sabinum* Aſſiſij *Beda &*
Epiſcopum cum duobus diaconis Exuperantio *Adoſur.*
& Marcello ob Chriſtianam fidem comprehēdi *tom. 6.*
iuſſerat & in carcerem trudi. Diaconos diuerſis pœnis excruciatos interfecit. Epiſcopo vtramq; abſcidit manum. Mox ipſe graui oculorum dolore vexatus ab eodem remedium popoſcit, cui iā intulerat mala, atque ille veluti beneficiis obſtrictus & nulla affectus iniuria libenter acceſſit, diligenter orauit, efficaciter ſanauit, & ex infideli Chriſtianum fecit. Maius bonum pro malo reddere non potuit quam vt inimicum ſuum diligendo Deum amicum faceret, & eum pro Chriſto ad patientiam ſuppliciorum animaret, à quo ille pertulērat ſupplicia.

4. *Spiridion* Cypri Epiſcopus fures nocturnos *Metaph.*
domi deprehenſos, cum multis vt eiuſmodi ſce- *Sur. to. 6.*

lere abſtinerent, admonuiſſet, non ſolum im-
nitos, ſed etiam veruece, quem furatum vene-
donatos, dimiſit.

Greg. lib. 1. dial. c. 3. 5. *Felix* Monachus cum hortuli curam ge-
ret, ac ſubinde illum expoliari videret, ſerp-
præcepit vt aditum cuſtodiret, neminem læ-
Fur aduenicns in primo ſtatim ingreſſu vi-
ſerpentem pauidus retulit pedem, quo vepr-
alte implicato ipſe in caput corruens pron-
pendit donec ſuperuenit Felix. Qui penden-
miſeratus confeſtim depoſuit, & oleribus a-
de collatis amice hortatus eſt ne per ſcelus-
reret, quod innocenter ſe largiẽte habere po-
quoties petitum veniſſet.

Sur. to. 6. 6. *Odo* Chiniacenſis cœnobij Abbas il-
qui ſibi equum noctu ſubducere attenta-
eoque concenſo neque deſcendere cum v-
neque omnino deſcendere quiuerat, mane-
pertum benigne ac perhumane corripuit,
pœnitentiam criminis adduxit. Data etiam-
veluti equi mercenarium cuſtodem, non ta-
deprehenſum abactorem dimittendum cu-

Sur. to. 3. 7. Clodouico Rege aduerſus Gothes a-
mouente, quidam ex militibus prædæ cupi-
Maxentij abbatis pictauienſis monaſterium-
ſerunt, & cum vnus abbatem ſacrilegio (vt-
rat) renitentem ferire vellet, manum cum g-
ſublatam demittere nequiuit, reliqui neſci-
ſtupiditate mentis correpti immobiles con-
re. A Maxentius immanitatis violentiæq-
rum oblitus pœnam miſereri cœpit, & pre-
ne liberos ab ægritudine reddidit.

8. *Elphegus* Cantuarienſis Archiep. Romam *Sur. tom. 2.*
verſus pergens cum in vrbem Auſoniam diuer-
tiſſet, omnib. quæ ſecum habebat exutus vrbeq;
eiectus fuiſſe dicitur. At cum, Deo vlciſcente ſan-
cti iniuriã, repentino tecta incẽdio cõflagrare cę-
piſſent, reuocatus oratione flãmas extinxit. Quo
miraculo malignitas hominum in munificentiã
verſa eſt, ita vt plurima ei offerrent dona, ipſe ve-
ro nihil accepit præter ea quæ ſibi modo per vim
erepta erant. Idem Deo ſupplicando & panem
benedictum morbo affectis porrigendo peſtilẽ-
tiam ſedauit in ipſos tantum graſſantem qui Cã-
tuariam occupantes magnam partem ouium ſu-
ſtulerant, monachos interfecerant, templum in-
cenderant, ſibi graue vulnus inflixerant & car-
cere deterrimo conſtrictum menſes ſeptem in-
carcerauerant.

9. *Mauro* abbati qui B Benedicto in guberna *Sigeb. Gẽb.* *Sur. tom. 1.*
tione ſucceſſerat monaſterium in agro Andeua-
venſi conſtruenti quidam ex operariis detrahere
licentius cœperunt dicentes; ipſum non ex pieta
ſed ex hypocriſi hoc monaſterium conſtruere,
qui inde ſatanæ traditi, vnus qui criminis cauſa
fuerat & caput ſtatim expirauit, reliqui mira-
biliter à dæmonio vexati ſunt. Mauro autem pro
illis eum lacrymis deprecante, & mortuus reui-
xit & qui nequitiæ Spiritu agitabantur liberati
ſunt.

10. *Vitalius* Alexandrinus monachus homi- *In vitis PP.*
nem, à quo alapam acceperat, ſtatim à dæmone
arreptum dum pro illo oraſſet, omni prorſus mo
leſtia liberauit.

Greg. lib. 3. dial. c. 14.

11. *Iſaac* Abbas eum à quo ſlapa percuſſu erat, cum ob hoc à dęmonio vexaretur, ſuper cumbens pœna liberauit. Idem iis qui noct tim in hortum ſuum irrepſerant & nec a quicquam nec inde diſcedere potuerant, ma uentos de propoſito quidem corripuit, ſed hoſpites prãdio excepit, & collectis hortu ctibus quos furatum venerant donauit atqu euntes deduxit.

Leontius Metaph. Sur. tom. 1. Ibid.

12. *Ioannes Eleemoſynarius* conquerenti de villico conuiciatore reſpondit, ſe ita in vindicaturum vt nemo non ſit miraturus: ac tumque villicum annuis penſionibus libe fecit. Idem cum à quodam mẽdico pro data moſyna contumeliam recepiſſet, clericos in inſurgentes cohibuit, ſe in cauſa eſſe aſſer petenti minus quam indiguerat impendiſſe loque accito omnem quam habebat pec coram effudit, vt quanta ſibi opus eſſet ſuo trio ſublatam ferret.

Ioan. Patriarch.

13. *Ioannes Damaſcenus* non quidẽ ſacerdo omnib. diſciplinis excultus, pro eo, cuius o calliditate perfidiæ in Theodoſiũ Imp. Inno dãnatus dexteram amiſerat, diu interceſſit dolo deprehenſus capite puniretur. Imp miratus hominis patientiam, ipſum proq gabatur interfici vetuit, ſed tamen ne tantu lus impunitum abiret in exilium ablegari ſanctum honore affecit ſcribæ illi officiũ antea fuerat reſtituens, cum eidem manus tegrata B. Mariæ Virginis beneficio fuiſſe ceſſit deinde in eremum.

14. *Samſon Dolenſis* Archiep. eum qui ſibi veneni poculum propinauerat ſpiritu immundo oppreſſum miſeratus Deo ſupplicando ſanitati reſtituit, ad pœnitentiam hortatus eſt, veniam indulſit, viuere illum in æternum cupiens, qui ſibi per inſidias molitus erat necem.

Baldricus Manualiũ lib.3.c.3.

SIGNVM XXV.

Concionandi ſeu Concionatorium ponderoſum & grauiſſimum munus haud grauato humeris ſuis pati imponi & populum Dei S. verbi pabulo libenter ac feruenter paſcere & ſuſtentare.

Concionũ difficultates atque onera non deuit are.

APoſtoli vniuerſum terrarum orbem peragrarunt vt eum luce Euangelij complerent, in tantæ vaſtitatis pelagus rete piſcationis miſerunt, vt apud omnes prædicatio Euangelij illuceſceret.

2. S. Paulus aſſiduus erat in concionando: *Vos ſcitis,* ait, *quomodo nihil ſubtraxerim vtiliũ quo minus annunciarem vobis & docerem vos publice & per domos: per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monens vnumquemque veſtrum: memores eſtis laboris noſtri & fatigationis nocte ac die.*

Act. 20. attendite. 1. Pet. 5. paſcite Concil Triden. ſeſſio. 5. c. 4. Seſſ. 24. ca. 4. Act. 20. 1. Theſſ. 1. Act. 6. itinera Pauli.

3. Cum S. Franciſcus, ait S. Bonau. *animarum ſalutem viſceroſa pietate appeteret & feruida æmulatione zelaret ſuauiſsime ſe dicebat repleri odorib. & quaſi vnguento pretioſo liniri, cum ſanctorum fratrum per orbem diſtantium odorifera fama multos audiret ad viam veritatis induci, ex talium auditu exultabat in ſpiritu,*

c. 8. vita Franc.